



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

9. De conspurcantibus, & percutientibus Sacras Imagines. Et an hoc factum sit hæreticale, & eius cognitio pertineat ad Inquisitores, & quomodò supra dicti sint puniendi quoad abiurationem, & alias ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

vel scandalosa, ex ita solet imponi poenitentia salutari, & aliquando publica, ut v. geneant candelam accensam in Ecclesia tempore Missæ solemniter sine aliqua abjuratone. Ita ille, & hoc à fortiori procedit si signa doloris post blasphemias ostenderit: unde Zanardus in direct. Theol. p. 3. c. 134. fol. mibi 742. sic asserit. Qui in ira magna, vel in alia vehementi passione bis & ter blasphemaverit, & sedata passione, dolore de suo crimine ostenderit, poenitentis salutaribus punitus sine abjuratone relinquetur. Vnde non assentior Comitolo asserenti blasphemantem ex passione remittendum esse, nam puto in tali casu peccandum salutaribus poenitentis, habita ratione blasphemiarum, loci, & personæ, sine tamen abjuratone, nam, ut asserit Albertinus quæst. 27. n. 6. & Rojas de heres. calor itacundie probatus non excusat blasphemum à tota poenitentia: nec adversus hanc sententiam faciunt verba Instructionis Hispanensis ann. 1550. cap. 4. ibi: [En blasphemias dichas con enojo no se entremetamos Inquisidores.] nam, ut optimè Rojas ubi supra, ista instructio loquitur de blasphemis non hæreticis. Sed in tr. de officio & potestate Inquisit. supradicta verba fusiùs explanata sunt.

6. Notandum est hic, quod aliquando blasphemus abjurat fecerit in domo S. Officii, & sic Sesse in decis. Regni Aragonum tom. 4. decis. 470. n. 24. ita asserit. Quidam blasphemus una & alia vice fuit condemnatus ad abjurandum de levi in audientia Tribunalis, & ad exilium 4. annorum.

7. Nota etiam quod blasphemus sufficienter etiam punitus à iudice laico, potest iterum propter suspicionem hæresis ab Inquisitoribus examinari; plenè verò à iudice Ecclesiastico examinatus, iterum examinari ab Inquisitoribus non potest, cum crimen sit mixti fori. Ita Soula in aphor. Inquisit. lib. 1. cap. 19. n. 24. qui citat Albertinum.

8. Sed ponam hic obiter pulchram quæstionem, an Inquisitores possint punire evomentem hanc blasphemiam, videlicet al dispetto de Dio, de hoc casu olim interrogatus fui ab Illustrissimo Inquisitore Llanes; & videtur negativè respondendum, nam hæc blasphemia non est hæreticalis, ut docet P. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 5. n. 8. quia per dicta verba non significatur aliquid fieri posse contra efficaciam Dei voluntatem, sed vel significatur voluntas faciendi aliquid, etiam si Deo displiceat, eodem modo quo displicere potest per antecedentem voluntatem, aut signa, vel certe profertur etiam per modum imprecationis, optando Deo displicentiam, vel tadium de tali re. Ita Suarez. Vnde Io. Rojas de heres. p. 2. n. 170. sic ait. Aliæ blasphemiarum, videlicet pese à Dios, voto Dio, o despecho de Dios non sunt hæreticales, quia fidei confessioni non opponuntur, & harum punitio ad iudices Ordinarios pertinet. Hæc Rojas. Vide etiam Chapeavillam de casib. reserv. cap. 19. q. 2. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. c. 32. n. 36. hanc etiam sententiam docentes. Vnde secundum hanc opinionem, tales blasphemantes non sunt denunciandi Inquisitoribus.

9. Sed adversus Suarez supradictam sententiam tenentem insurgit Floronus de cas. reserv. p. 2. cas. 3. n. 8. Naldus in sum. ver. Blasphemia, n. 1. Igitur, ut notat etiam Sanctarellus tract. de blasphem. cap. 2. dub. 1. n. 3. Filiucius de cas. reserv. cas. 3. n. 2. sensus talis blasphemiarum est quod omnipotens debeat fieri quod blasphemans profert, etiam si Deus sua omnipotentia id nolit, quo modo loquendi derogatur divinæ potentie. Itaque secundum hanc posteriorem sententiam, cui tanquam probabiliori adhæreo, dicendum est posse Inquisitores contra blasphemantes al dispetto de Dio, inquirere, & illos punire, cum talis blasphemia sit hæreticalis, & per consequens sic blasphemantes sunt Inquisitoribus denunciandi, & ideo Lazarius ubi sup. n. 39. ex instruct.

Tom. V.

S. Officii testatur hanc blasphemiam esse hæreticalem; unde ex his à fortiori apparet, quam falsò dixerit Bald. lib. 3. cons. 476. Angel. in l. bis verbis, ff. de hered. instit. Alexand. ad Bartol. in l. apud Dabeonem, §. ait, prator, de injur. Felin. in proem. Decret. n. 11. & alij, huiusmodi verba, videlicet al dispetto de Dio, non esse blasphemam, & talia verba, videlicet proferentem non esse blasphemum, adversus quos videndi sunt Gyptius tract. de cas. reserv. c. 9. cas. 3. n. 12. Boërius decis. 301. num. 1. Gramm. decis. 50. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 2. n. 4. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 275. n. 4. Azorius tom. 1. lib. 11. cap. 3. q. 2. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 194. n. 3. & seq. & alij.

10. Notandum est etiam hic, quod idem dicendum est de illis verbis, Rimiego Dio, nam contra talem blasphemantem procedunt Inquisitores, cum dicta blasphemia sit hæreticalis, ut tradit Rojas & Suarez loc. cit. & alij communiter. Sed difficultas est, si aliquis dicat, Rimiego Maria Virgine, san Pietro, &c. & ad hoc dubium negativè responderi Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 32. n. 36. ubi sic ait: Quando autem de Sanctis renegatur, nil invenit apud DD. an sint blasphemiarum hæreticales huiusmodi verba renegationis; sed existimo non esse, nec de illis cognoscere Inquisitores, ut ab ipsismet accepi. Ita Sanchez.

11. Sed quia sæpiùs dictum est Inquisitores solum posse inquirere contra blasphemos hæreticales, breviter dicam, quænam sint blasphemiarum hæreticales, quæ non. Dico igitur quod blasphemia hæreticalis dicitur, quæ hæresim, seu falsitatem contra fidem formaliter, seu virtualiter continet, & significat. Huiusmodi est omnis blasphemia enunciativa, sive affirmando, sive negando aliquid de Deo, quod fides docet, vel etiam tribuendo creaturæ id, quod secundum fidem soli Deo convenit, vel de his etiam dubitationem aliquam ostendendo. Item ad blasphemiam hæreticalem pertinent nomina quædam convitij Deo attributa, ut si quis eum nominet injustum, &c. nam licet expressè id non affirmetur enunciando, & componendo, sed simpliciter ita nominando, nihilominus virtute satis affirmatur quod ita profertur.

12. Blasphemia autem non hæreticalis dicitur omnis illa, quæ non formaliter, nec virtute continet falsitatem quasi speculativam contra fidem veritatem, ut sunt omnes blasphemiarum quæ profertur per modum optandi, imperandi, aut imprecandi. Item quæ sunt nominando aliquid quod in Deo verè reperitur, tamen per modum contumeliæ, & irrisuionis, quæ omnia valde notanda sunt à DD. Inquisitoribus & Qualificatoriibus, ut in facti contingentia possint determinare quænam sint blasphemiarum hæreticales, quæ verò pertinentes, vel non pertinentes ad cognitionem & punitiorem Tribunalis S. Officii.

13. Notandum est tamen hic obiter contra Decian. in tract. crim. s. lib. 5. cap. 37. n. 8. & alios, posse non solum Ordinarios, sed etiam Inquisitores infligere extraordinariam poenam, quando quis joco, vel lubrico linguæ verba sapientia hæresim protulit, & ita docet Pegna in direct. p. 3. comm. 17. Farin. de heres. q. 179. §. 1. lege sup. in n. 78. & ad blasphemos pertinet probare se joci causa ea verba protulisse. Ita DD. citati & supra hoc etiam satis probavimus. Vide etiam quando talis casus occurrerit, Rojas singul. 103. Simancam in cathol. instit. tit. 17. n. 23. & seq. Arelatanum tr. de heres. notat n. 8. Gundissalvum tr. de heres. q. 1. n. 7. q. 8. n. 6. Zanchinum de heres. c. 7. n. 6. & alios penes ipsos.

RESOL. IX.

De confurcantibus, & percutientibus sacras imagines?
E. an hoc factum sit hæreticale, & ejus cognitio pertineat

V u 3

512 Tractatus XII. De Poenis Delictorum,

ad aliud sciendum non alienum à potestate demonis, nam, ut dunt, si se demoni non subiciat, nec heresim miscet, cum non habeat errorem in intellectu, non est hæreticus. Sed quamvis hæc ita sint, tamen adversus illum inquiri poterit tamquam contra vehementer suspectum, ea enim ad apostasiam & infidelitatem pertinent. Hæc Stmanca. Sed audiamus Homobonum de Bonis, virum quidem dictum, in exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 3. q. 16. sic aientem. Si amantes stimulis libidinibus agitati demones invocant ut illi flectant animum illius, quem amant in turpem amorem, licet communis videatur circumferri opinio, talem invocationem non sapere hæresim manifestam, præsertim si per modum imperij fiat; verius tamen dicendum videtur hoc scelus ad hæresim magnopere præsumendam pertinere, cum ridiculum sit dicere quod demones per modum imperij, invocentur ex quo non est super terram potestas, quæ compararetur ei. Sic ille & Farinacius tract. de hæresi q. 181. §. 3. num. 88. retractans tacite quæ dixerat q. 20. num. 80. ita ait: Ex his inferitur non esse veram conclusionem, licet à DD. communiter receptam, quod hæreticale non sit à demone per modum imperij petere, ut alienam tentet pudicitiam, cum huiusmodi instantia fieri non possit per modum imperij, prout DD. contrarii requirunt ad hoc ut cesset hæreticalis qualitas. Et tandem ante omnes hanc sententiam mordicus sustinuit insignis Theologus Bartholomæus Spina Apolog. 4. contra Ponzinibium, in qua ex multis aliis rationibus Theologicis probat acerrime nostram sententiam. Quam etiam confirmat opinio Michaëlis Zanardi, viri quidem docti & Consultoris S. Officij in direct. Th. part. 3. c. 64. fol. mibi 366. assertentis, (nota Lector) contra sortilegos non hæreticantes posse Inquisitores procedere tanquam contra suspectos de levi ex amicitia cum pacto implicito saltem cum demone, nam sicut subditus contrahens amicitiam cum hoste sui Principis redditur de infidelitate suspectus, ita & qui cum diabolo fædus, pactum vel amicitiam contrahit, etiam quoad ea, quæ sunt illi propria, vel ad quæ se potest extendere ejus virtus.

9. Remanet ergo difficultas an hi saltem de levi abjurare debeant, vel non? Ex una parte videtur quod non, quia ubi non est error cum pertinacia, ibi nulla potest esse hæresis, sed in intellectu istorum non est error, quia solum credunt quod credere possunt, scilicet demonem posse facere quæ ei propria sunt, & ad quæ faciendâ habet naturalem potestatem, ergo hi abjurare non debent, sed tantum ratione delicti, scilicet pacti, vel amicitie factæ cum demone, erunt aliqua poena extraordinaria puniendi. Ex altera parte videtur quod sint saltem de levi suspecti, quia factum ipsum, scilicet amicitia & recursus ad hostem humani generis saltem suspicionem levem inducit.

10. Huic difficultati (salvo semper Matris meæ S. R. E. judicio, dicerem quod quidem hi ex facto se reddunt aliquantulum de fide suspectos: at hanc suspicionem in tortura purgare poterunt, ita ut expurgata non sint abjurandi. Hæc omnia Zanardus loc. cit. Cujus quidem ultima verba procedunt secundum stylum Inquisitionis Romanæ, in qua suspecti leviter de fide torquentur & torti abiurant. In nostra verò Inquisitione Hispanica, quia non torquentur, dicendum est supradictos sortilegos non hæreticantes debere saltem abjurare de levi, & eis salutarem poenitentiam iniungi; sed ad aliud non minus curiosum dubium deveniamus.

11. Quæro igitur an Inquisitores possint punire sortilegum, qui in sortilegio miscuit Hostiam non consecratam, dummodo super eam sit celebrata Missa? Negativè respondet Ghirlandus de sortil. q. 10. n. 16. & 17. Vmbertus Locatus in praxi Inquis. & ex recentioribus Torreblanca de Magia, lib. 3. cap. 8. n. 18.

Farinacius q. 20. num. 83. Raphaël de la Torre in 2. a. D. Thom. tom. 3. q. 96. art. 4. disp. 2. sit. de qualifikatione sortitionum, & adducunt rationem, quia tale sortilegium non est hæreticale.

12. Verum M. Antonius Delrius circa præsentem questionem in disquis. mag. lib. 5. sect. 15. §. 8. dico quoniam, utitur distinctione, & ait, quod si talis bene sentiat de præsentia Corporis Domini, & transubstantiatione, & non præbuit hanc Hostiam populo adorandam, sed verè aliam, quam elevavit, & consecravit, hanc verò accessorie tantum super Altare ad magicos effectus posuit, erit tantum suspectus de hæresi; si verò illa alia credidit, tunc aperte foret hæreticus, si verò revera non credidit, ista vim aliquam habere ad effectum magicum, non erit suspectus de hæresi, sed extra ordinem puniendus. Hæc ita, si de hac ejus intentione constet, nam quamdiu non constet, mihi quidem videtur, de hæresi maximè suspectus. Ita Delrius.

13. Sed ego puto absolūtè (& miror viros doctos aliter sensisse) dictum sortilegium esse hæreticale, & ita hanc sententiam docet Scaccia de judic. c. 1. lib. 1. cap. 12. num. 34. & ratio est, ait ille quoniam dicto maleficio sortilegus miscuit rem sacram, scilicet celebrationem Missæ super Hostiam, licet non consecratam, igitur erit hoc sortilegium hæreticale, non propter hostiam minimè consecratam, sed propter Missam super ea celebratam. Sed audiamus virum doctum Anton. Soult. in aphor. Inquis. lib. 1. c. 57. n. 11. sic assertentem: Censeo sortilegium in quo ponitur, aut quod fit cum hostia consecrata, aut cum aliqua re super quam Sacerdos Missam celebrat, hæresim sapere manifestè, tum ex parte operis, tum quia sacrificium Missæ ordinat ad sacrilegium licet mediare, tum etiam præsumitur quod hoc faciens credit illud vim habere ad maleficio operandum, & hoc ipsum in facto ostenditur. Ergo, &c. & tandem ex Doctoribus nostræ Inquisitionis Hispanicæ præter Soultum docet hanc sententiam Emanuel Moura de Incant. opusc. 1. sect. 3. cap. 5. n. 29. ubi refellens Farinacium ubi supra, sic ait: Est sacrilegium sapiens hæresim manifestè, Sacerdotem celebrare Missam super hostiam non consecratam ad effectum sortilegum, qui demonis potentiam non excedat, quia abusus sacrificij Missæ continetur, abulum etiam Eucharistie. Ex quibus apparet supradictum sortilegium quicquid asserant Doctores contrarii, esse puniendum poenis, de quibus supra cum abturatione de vehementi.

14. Et tandem pro fine huius resolutionis nota quod qui fuit usus sanctissimi sacramento Eucharistie in sortilegiis, traditur curiæ seculari ex ordinatione S. Officij posita in fine operis, iudiciali Inquisitionum, & tradunt Genuensis in praxi Archiep. cap. 68. num. 10. Emanuel Moura de Incant. opusc. 1. sect. 3. cap. 5. num. 29. & alii. Quæ autem superius dicta sunt de sortilegiis, dicendum est de magis, nam si isti inveniuntur habere errorem in intellectu, sicut & sortilegi puniuntur ut hæretici formales, secus autem abiurant de vehementi, & puniuntur severiter supradictis poenis pro qualitate personarum & circumstantiis delictorum.

RESOL. XI.

De Laicis, seu Ecclesiasticis non Sacerdotibus audientibus confessionem, & quomodo supradicti puniendi sint, & quomodo debeant abjurare.

Et an Inquisitores adversus prædictos possint procedere?

Et an simplex Sacerdos etiam approbatus, suspensus tamen ab audiendis confessionibus non comprehendatur in Decretis

Quoad hoc sup. in tr. 10. lege doct. fol. 105.

ad Inquisitores; & quomodo supradicti sint puniendi
quoad abjuracionem, & alias pœnas? Ex p. 4. tr. 7.
Ref. etiam 9.

Sup. cont. 9.1.
in hoc §.1. in
tom. 1. tr. 5.
act. 5. §. ult.

Hoc non esse factum hæreticale, & per con-
sequens non posse pertinere ad Inquisitores,
licet gravissimum sit peccatum, docet novissime Tor-
reblanca in eptome delictorum, sive de magia, lib. 3. c. 8.
num. 17. & ante illum Ghirlandus de soril. quest. 10.
num. 12. Sed summo opere mihi displicet viro quidem
doctum hæc dixisse, & ideo hanc sententiam reprobat
Farinacius q. 20. num. 68. Raphaël de la Torre in 2. 2.
D. Thom. q. 96. art. 4. disp. 2. ubi inter alia sortilegia,
sapientia hæresim manifestam ponit hoc, videlicet
quando aliqui crucem ac imagines Sanctorum con-
culcant etiam si conculcatio, directio, aut inhonoratio
fiat ex iracundia, sapit enim hoc hæresim Lutheranam
de imaginibus explodendis. Ita etiam docet Bellocchius
in praxi Theol. mor. part. 2. quest. 1. num. 73. Riccius in
praxi tom. 1. resol. 423. Ioseph Sesse tom. 4. decis. 448.
n. 19. Zecchius in summ. tom. 1. cap. 11. num. 5. Carerus
tr. de heret. n. 49. Delius in disquis. magic. lib. 5. sect. 16.
§. Sacerdotes qui causa, & alij ubi infra Et hoc factum
ita esse hæreticum contra Torreblancam patet, ut
ejus cognitio pertineat tantum ad Inquisitores tenet
Genuensis in praxi Archiep. cap. 18. num. 82. & La-
zarius tract. de blasphemia quest. 6. num. 14. testantes
ita determinatum fuisse in supremo Regio Consilio
Hispaniarum.

2. Verum quomodo supradicti puniendi sint, quoad
abjuracionem, Michaël Zanardus in direct. Theol. p. 3.
cap. 64. fol. mibi 360. sic ait: Quamvis aliqui tenuerint
hos non debere abjurare, quia Majestatem consitentur,
& tantum ex odio & malo animo offendunt, tamen
quia ab indicis malæ credulitatis non longe recedunt,
cum male videantur de omnipotentia, judicio, & justi-
tia Dei sentire, & id faciunt, quod facere solent, ho-
stes fidei nostræ, ideo eis indicitur abjuratio de levi,
vel de vehementi, sed non de formali, si Catholici
sint. Ita ille.

3. Quoad alias pœnas apponam hæc verba Siman-
ca tit. 27. n. 20. & 21. sic asserentis: Indices Ecclesia-
stici punire illos, debent interdum dura & ultre sen-
tentia, quemadmodum Greg. X. in Concil. Lugdun. con-
stituit: sæpe etiam pœnitentia publica, vel jejuniis,
elemosynis, & orationibus, vel multa pecuniaria, vel
ictibus sustinenda. Iisdem quoque pœnis Inquisitores
uti possunt, sed hoc amplius ad eorum Officium per-
tinet, ut scire laborent, si forte intellectus errore per-
tinaci facinora ista perpetrata sint, quod si repererint,
aut suspicari fuerint, non secus adversus istos pro-
cedent, atque adversus alios quoslibet hæreticos,
vel suspectos. Poterunt igitur Inquisitores tormen-
tis, abjuratione, purgatione canonica & aliis arbi-
trariis pœnis, uti pertinaces, atque impœnitentes,
curiæ seculari relinquere. Ita ille, & Genuensis in
praxi cap. 18. num. 82. ubi sic ait: Percutientes, abra-
dentes, aut deturpantes imagines Sanctorum, per
Inquisitores puniendi sunt, neque obstat quod pœna
mortis non puniantur prout per iudices seculares puni-
rentur, quia satis est quod sufficienter puniantur
aliis pœnis, nempe fustigationis, tritemium, carcerum,
infamiae, exilij, & aliis, quas jus Canonicum
admittit. Ita Genuensis.

4. Sed nota, Soufam in aphor. Inquis. lib. 1. c. 4. n. 16.
docere quod si factum sit publicum, perpetrante hoc
horrendum delictum, sive hæreticale animam fa-
teatur, sive non tradendum esse Curiae seculari ultimo
supplicio plectendum, ob facti qualitatem: & si ani-
mum hæreticalem fateatur, & misericordiam petat,
post reconciliationem ad Ecclesiæ unionem, hoc non
obstante, docet item Soufa Curiae seculari tradendum

esse; quoniam tantum scelus non potest manere im-
punitum, & semper potest timeri quod conversio sit
ficta, addit etiam idem Soufa in tali casu torquendum
esse super complicibus.

RESOL. X.

De Sortilegis, Divinatoribus, Magis, & c. & de pa-
nis, quibus supradicti puniendi sunt, & quoad abju-
rationem.

Et an Inquisitores habeant jurisdictionem contra omnes
sortilegos, & maleficos?

Et in textu hujus Resolutionis aliqua alia difficultates no-
tabiles, & graves circa supradictos queruntur, & no-
tantur. Ex p. 4. tr. 7. Refectam 10.

Licet de jure antiquo Inquisitores non habuerint
jurisdictionem nisi super sortilegiis, quæ tunc
rent hæresim manifeste; attamen hodie de jure novo
Bullæ Sixti V. cognoscunt contra omnes sortilegos &
maleficos, ut notat Scortia in Bull. Pontif. eptome, §.
theor. 1. 8. Ioseph Sesse tom. 4. decis. 464. num. 33. &
seq. & decis. 466. num. 4. & 17. Azorius tom. 2. lib. 9. c. 26.
q. 4. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. c. 38. n. 92. Torre-
blanca de magia lib. 3. cap. 9. post num. 48. Raphaël de
la Torre in 2. 2. D. Th. q. 96. art. 4. Zanardus in direct.
Theol. part. 3. cap. 64. Naldus in annot. praxi, super ca-
tabulis de sortileg. Molfesius in summ. tom. 1. tract. 11.
cap. 7. n. 145. & iterum Ioseph Sesse tom. 4. decis. 466.
n. 16. & 17. ubi sic ait: Si non apparet quod illi que
admiscentur in sortilegiis, sapiant hæresim manifeste
sed est dubium an talia sapiant hæresim, veluti si ad
ortum se convertant, vel profertur verba insultata & in
intelligibilia & similia, non se intromittit Inquisi-
tor de jure. Sed hodie per Motum proprium Sixti V. ma-
dicti sortilegi subsumuntur Inquisitoribus. Ita ille; & So-
raphin. Freitas in addit. ad Acugna q. 5. n. 35. sic asserit:
Hodie Inquisitores ex constitutionibus Pontificis
cognoscunt contra omnes sortilegos & maleficos:
adhuc tamen puto, quod si sortilega, divinatores,
& malefica hæresim non sapiant, locus est præve-
nitioni inter laicos Inquisitores, jurisdictione Inqui-
sitorum accumulative censetur. Verum Scrimmonius lib. 1.
Scaccia de judiciis causarum. & c. lib. 1. c. 12. num. 53.
docet, quod hodie cognitio sortilegiorum privative
spectat ad Inquisitores quoad iudices laicos, unde non
sunt mixti fori, artenta dicta Sixti V. constitutione,
suspiciatur tamen Emanuel Moura de incant. epist. 1. in
sect. 3. cap. 1. n. 9. dictam constitutionem Sixti V. non
esse usque receptam saltem in Lusitania, & Azorius p. 1.
lib. 9. c. 26. q. 4. dubitat quoque an sit ubique usque re-
cepta; verum citati DD. loquuntur de dicta consti-
tutione quasi ubique sit usque recepta. Sed an Inquisi-
tores in dubio, sapiant sortilegium hæresim manifeste,
possint se intromittere, ex jure novo constat. Sixti V.
clarum est posse. Difficultas est de jure antiquo per
c. accusatus, §. sane, quæ observantæ Sylvester verba
rest. num. 4. non potest intelligi de dubio an factum
sit perpetratum, neque, sed in dubio an talia sapiant
hæresim. Sed contrarium, jure, ratione, & alio com-
probatum est, ut testatur Simanca tit. 30. n. 1. Pœna
in direct. part. 2. comment. 63. & doctus Acugna de Con-
fess. sol. q. 5. n. 13. quia iudex etiam delegatus cogno-
scit an sua sit jurisdictio; & si contrarii opinio esset
sequenda, Inquisitorum cognitio facile laberetur
set, asserente quolibet sortilegia, vel divinationem
sapere hæresim manifeste. His suppositis deveniamus
ad pœnas supradictorum delictorum.

2. Ideo dico quoad abjuracionem, quod si sortile-
gia sapiant hæresim manifeste, quia tales significant